



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum vti obseruantijs ad immutationem corporum (puta ad sanitatem, & huiusmodi) sit licitum? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

spiritum sermo sapientia, alij sermo scientia secundam eundem spiritum. Et postea subditur, Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Ad dæmones autem non pertinet illuminare intellectum, vt habitum est in prima huius operis parte. Acquisitio autem scientia, & sapientia sit per illuminationem intellectus: & ideo nullus vnquam per dæmones scientiam acquisiuit. Vnde Augustinus dicit in 10. de Ciui. Dei, Porphyriū fateri theurgicis teletis in operationibus dæmonum animæ intellectuali nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad videndum Deum suum, & perspicienda ea quæ vera sunt, qualia sunt omnia scientiarum theoremata. Possent tamen dæmones verbis hominibus colloquentes, exprimere aliqua scientiarum documenta: sed hoc non quæritur per artem notoriam.

q. 109. ar. 3.

ca. 9. aliquantulum à pr. t. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod acquirere scientiam bonum est. Sed acquirere eam modo indebito non est bonum. Et ad huc finem intenditur notoria.

Ad secundum dicendum, quod pueri illi non abstinebant secundum vanam obseruantiam artis notoria, sed secundum auctoritatem legis diuinæ, nolentes inquinari cibis gentilium. Et ideo merito obedientia consecuti sunt à Deo scientiam: secundum illud Psal. 118. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui.

Ad tertium dicendum, quod exquirere cognitionem futurorum à dæmonibus, non solum est peccatum, propter hoc, quod ipsi futura non cognoscunt, sed propter societatem cum eis initam, quæ etiam in proposito habet locum.

ARTIC. II.

Vtrum obseruationes ad corporum immutationem ordinata, puta ad sanitatem, vel ad aliquid huiusmodi, sint illicita?

514
3. con. ca. 105. Et op. 26. Et Gal. 4. le. 4. col. 2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod obseruationes ordinatae ad corporum immutationem, puta ad sanitatem, vel ad aliquid huiusmodi, non sint

sint illicitæ. Licitum enim est uti naturalibus virtutibus corporum ad proprios effectus inducendos. Res autem naturales habent quasdam virtutes occultas, quarum ratio ab homine assignari non potest: sicut quod adamas trahit ferrum, & multa alia quæ Augustinus enumerat 21. * de Ciui. Dei. Ergo videtur quod uti huiusmodi rebus ad corpora immutanda non sit illicitum.

* c. 5. 6.
7. 10. 5.

¶ 2. Præterea, Sicut corpora naturalia subduntur corporibus cælestibus, ita etiam corpora artificialia. Sed corpora naturalia fortiuntur quasdam virtutes occultas, speciem consequentes ex impressione cælestium corporum. Ergo & corpora artificialia, puta imagines, fortiuntur aliquam virtutem occultam à corporibus cælestibus ad aliquos effectus cauſandos. Ergo uti eis, & alijs huiusmodi, non est illicitum.

¶ 3. Præterea, Demones etiam possunt multipliciter corpora transmutare, ut dicit * Aug. 3. de Trinit. Sed eorum virtus à Deo est. Ergo licet uti eorum virtute ad aliquas huiusmodi immutationes faciendas.

c. 8. 9.
10. 3.

SED contra est, quod Aug. * dicit in 2. de Doctrina Christiana, quod ad superstitionem pertinent molimina magicarum artium, & ligatura, & remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat; siue in præcantationibus, siue in quibusdam nouis, quas characteres vocant; siue in quibuscumque rebus suspendendis, atque insignandis.

c. 20. 1. 3.

RESPONDEO dicendum, quod in his quæ sunt ad aliquos effectus particulares inducendos, considerandum est utrum naturaliter videantur posse tales effectus cauſare: sic enim non erit illicitum. Licet enim causas naturales adhibere ad proprios effectus. Vnde si naturaliter non videantur posse tales effectus cauſare, consequens est quod nec adhibeatur ad hos effectus cauſandos tamquam causæ, sed solum quasi signa. Et sic pertinent ad pacta significationum cum demonibus inita. Vnde Aug. dicit 21. * de Ciui. Dei, Illi-
ciuntur demones per creaturas, quas non ipsi, sed Deus

s. 8. circa
med. 8. 5.

COR-

condidit: delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, nō vt animalia cibus, sed vt spiritus signis: quæ cuiusq. delectationi congruunt per varia genera lapidū, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum.

Ad primum ergo dicendum, quod si simpliciter adhibeantur res naturales ad aliquos effectus producendos, ad quos puratur naturalem habere virtutem: non est superstitiosum, vel illicitum. Si verò adiungantur vel characteres aliqui, vel aliqua nomina, vel aliæ quæcumque variæ obseruationes, quæ manifestum est naturaliter efficaciam non habere: erit superstitiosum, & illicitum.

Ad secundum dicendum, quod virtutes naturales corporum naturalium consequuntur eorum formas substantiales, quas sortiuntur ex impressione cælestium corporum. Et idē ex eorundem impressione sortiuntur quasdam virtutes actiuas. Sed corporum artificialium formæ procedunt ex conceptione artificis: & cum nihil aliud sint quàm compositio, ordo, & figura, vt dicitur in 1. Physi. * non possunt habere naturalem virtutem ad agendum. Et inde est quod ex impressione cælestium corporum nullam virtutem sortiuntur, in quantum sunt artificialia, sed solum secundum materiam naturalem. Falsum est ergo, quod Porphyrio videbatur, vt August. dicit * in 10. de Ciu. Dei, Herbis, & lapidibus, & animantibus, & sonis certis quibusdam, ac vocibus, & figurationibus, atque figmentis, quibusdam etiam obseruatis in cæli conuersione, motibus syderum, fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas varijs effectibus exequendis: quasi effectus magicarum artium ex virtute cælestium corporum prouenirent. Sed sicut Aug. ibidem * subdit, Totum hoc ad dæmones pertinet, iudificatores a nimiam sibi subditarum. Vnde etiam imagines quas astronomicas vocant, ex operatione dæmonum habent effectum. Cuius signum est, quod necesse est eis inscribi quosdam characteres qui naturaliter ad nihil operantur. Non enim est figura actionis naturalis principium.

1e. 46. s. 2

c. 9. & 11
c. 11. 21.
c. 6. 10. 5.

lib. 10. de
Ciu. Dei,
cap. 11. a
mo. 10. 5.

pium. Sed in hoc distant aëronomicæ imagines à necromanticis: quòd in necromanticis fiunt expressæ invocationes, & præstigia quædam. Vnde pertinent ad expressa pacta cum dæmonibus inita. Sed in alijs imaginibus sunt quædam tacita pacta per quædam figurarum, seu characterum signa.

Ad tertium dicendum, quòd ad dominium diuinæ maiestatis pertinet, cui dæmones subsunt, vt eis vtratur Deus ad quodcumque voluerit. Sed homini non est potestas super dæmones commissa; vt eis licitè possit vti ad quodcumque voluerit: sed est ei contra dæmones bellū indictū. Vnde nullo modo licet homini dæmonū auxilio vti per pacta tacita, vel expressa.

ARTIC. III.

Vtrum obseruationes, quæ ordnantur ad præcognoscendum aliqua fortunæ, vel infortuniæ, sint illicitæ?

515
D. u. 26.
L. u. 1. q. 1.
col. 2.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd obseruationes, quæ ordnantur ad præcognoscendū aliqua fortunæ, vel infortuniæ, non sint illicitæ. Inter alia enim infortunia hominū sunt etiam infirmitates. Sed infirmitates in hominibus quædam signa præcedunt, quæ etiam à medicis obseruantur. Ergo obseruare huiusmodi significationes non videtur esse illicitum.

¶ 2 Præterea, Irrationabile est negare illud quod quasi communiter omnes experiuntur. Sed quasi omnes experiuntur, quòd aliqua tempora, vel loca, vel verba audita, vel occurfus hominum, siue animalium, aut distorti, aut inordinati actus, aliquod præsagium habent boni, vel mali futuri. Ergo obseruare ista non videtur esse illicitum.

¶ 3 Præterea, Actus hominum, & euentus ex diuina prouidentia disponuntur secundum ordinem quædam, ad quæ pertinere videtur, quòd præcedentia sint subsequentiū signa. Vnde ea quæ antiquis patribus cōtigerunt, signa sunt eorum quæ in nobis cōplentur: vt patet per Apof. 1. ad Cor. 10. Obseruare autem ordinem ex diuina prouidentia procedentem non est illicitum.

Ergo